



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Henricus Garnetus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

ribus atque laboribus, inter  
summa patientiæ documen-  
ta, imposuit.

M A I V S.

P. Ioannes Pereira.

**C**Vm P. Gaspare Paës *Lusitanus.*  
(de quo dixi 25. Apri- *Affæ.*  
lis) in Æthiopia inclytis la- *2. Maij.*  
boribus felix, lanceis con-  
fossus, sub accenso fæni cu-  
mulo positus tum adhuc spi-  
rans; inde à pia fæmina eru-  
tus, à Christianis fortus, Affæ  
tandem 2. Maij diem extre-  
mum gloriosâ morte con-  
sumauit.

P. Henricus Garnetus.

Coniurationem à Catho- *Anglus.*  
licis quibusdam temerè fa- *Londini.*  
ctam in Anglia, vt subiecto *3. Maij.*  
puluere pyrio summa quæ-  
que hostium religionis Ca-

G th-

*Confessa-  
rius.*

tholicæ capita , dum essent  
in comitio, tollerentur , co-  
nabatur consilijs omnibus,  
vijsque licitis impedire : sed  
agere quod libebat ei non  
licuit , cùm id secretum in  
Sacramento , adeòque sub  
sigillo confessionis , accepis-  
set . Erupit conspiratio : &  
Henricus in eius suspicionē  
vocatus est , quòd eius con-  
scius eam non impediueret.  
Sumptum de coniuratis pro-  
ditione detectis supplicium:  
Henricus datus in vincula:  
ibi variè laboratum , famis  
quoque tormento adhibito,  
vt proderet ea quæ in con-  
fessione audierat . Fortiter  
noluit : & in Senatu ita ca-  
lumniam diluit , vt palam  
omnes innocentia illius an-  
nuerent . Rogatus; num Ec-  
clesiam Anglicanam hæreti-  
cam

cam esse censeret? Respon- *Fides*,  
dit: Hæreticum esse qui Ro-  
manum Pontificem non a-  
gnoscat. Quocirca damna-  
tus est capit is, quòd secretū  
in confessione auditum non  
reuelasset; quòd Sacerdos;  
quòd Iesuita esset. Magnum  
Iesuitam, & paruum Papam  
eum vocabant passim. In-  
mortuali peggiate fidē Ca-  
tholicam professus, & hære-  
sim detestatus, Catholicos  
tamen monuit, ut à machi-  
natione omni abstinerent;  
Deum sua curaturum. Deni-  
que tam piè, tamque con-  
stanter in extremo illo vitæ  
articulo rem gessit, ut dice-  
retur, tantundem illâ suâ  
fortitudine, quantum 20. an-  
norum laboribus, rei Catho-  
licæ profuisse. Ioannes Vvil-  
kinsonus, qui aderat, post

G 2 eius

*Imago in eius mortem in spicam in-*  
*spica .* cedit occisi Garneti sanguine  
aspersam , in quâ , crystallo  
inclusâ , conspecta est effigies  
Garneti vultum referens .  
Vidit id Ioannes , eiusque so-  
cius ; vidit matrona quædam  
nobilis , & alij ; legatus quo-  
que Hispanus , qui sexcentos  
aureos pro ea offerebat .  
Pictores à PseudoEpiscopo  
accersiti , & iussi miraculum  
imitari , id supra suæ artis  
imitationem esse dixerunt . In-  
fronte imaginis crux erat  
stellæ inclusa : mentum oc-  
cupabat Cherubini alatum  
caput ; in vertice corona ve-  
*Mors .* lut graminea visebatur . Te-  
status hæc est Ioannes iuratâ  
fide ; dixitque visum sibi in-  
tueri Garnetum in cælo in-  
ter Santos non postremos :  
se quoque lumine magno  
im-

impletum. Affixa sunt pa-  
lām dissecta membra , & ca-  
put ; quod visum est circulo  
purpureo ambiri . Spica il-  
la , periculosè parturientem  
fæminam iuuit ; aliam à di-  
ris doloribus liberauit : stro-  
phiolum Garneti sanguine  
imbutum , à puero febres  
abegit . Verum , ac celebre  
est de hoc anagramma P.  
Gualteri Paulli velut vatici-  
nium reperientis in nomine:  
**Pater Enicus Garnetius :**  
Pingere cruentus aristâ .

*P. Georgius Caruahal.*

Cum Rudolpho Aquau-  
ua , & socijs , cruentis illis  
fidei Christianæ heroibus ,  
vectus in Indiam , post No-  
uitios Goæ laudatè insti-  
tutos , in Scimo Iaponiæ  
Insula , Regnoque Bungensi ,  
postea Firandi , fidei propa-

Lufitan⁹.  
Ikizuki.  
5. Maij.  
1592.  
ætat. 42o.  
Soc. 24.

G 3 gan-